

LIBER III.

DE Hereditatibus quæ ab intestato deferuntur. Titulus	1
De legitima agnatorum successione.	2
De Senatusconsulto Tertulliano.	3
De Senatusconsulto Orficiano.	4
De Successione cognatorum.	5
De Gradibus cognationum.	6
De Servili cognatione.	7
De Successione libertorum.	8
De Assignatione libertorum.	9
De Bonorum possessionibus.	10
De Acquisitione per adrogationem.	11
De Ho cui liberalitatis causa bona addicuntur.	12
De Successionibus sublatis quæ fiebant per bonorum venditionem, & ex Senatusconsulto Claudiano.	13
De Obligationibus.	14
Quibus modis re contrahitur obligatio.	15
De verborum obligationibus.	16
De Duobus reis stipulandi & promittendi.	17
De Stipulatione servorum.	18
De Divisione stipulationum.	19
De Inutilis stipulationibus.	20
De Fidejussoribus.	21
De Literarum obligationibus.	22
De Obligationibus ex consensu.	23
De Emptione-Venditione.	24
De Locatione-Conductione.	25
De Societate.	26

De Mandato.	27
De Obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur.	28
Per quasi personas obligatio adquiritur.	29
Quibus modis tollatur obligatio.	30

LIBER IV.

DE Obligationibus quæ ex delicto nascuntur. Titulus	1
De Vi bonorum raptorum.	2
De Lege Aquilia.	3
De Injuriis.	4
De Obligationibus quæ quasi ex delicto nascuntur.	5
De Actionibus.	6
Quod cum eo qui in aliena potestate negotium gestum esse dicitur.	7
De Noxalibus actionibus.	8
Si quadrupedes pauperiem fecisse dicitur.	9
De His per quos agere possumus.	10
De Satisfacti nibus.	11
De Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes transeunt.	12
De Exceptionibus.	13
De Replicationibus.	14
De Interdictis.	15
De Pæna temere litigantium.	16
De Officio Judicis.	17
De Publicis judiciis.	18

ARNOLDI VINNI J.C.

IN LIBRUM PRIMUM

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM

et COMMENTARIUS 13. 2²

ACADEMICUS ET FORENSIS.

PROOEMIUM

De Confirmatione Institutionum.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU-CHRISTI.

IMPERATOR CESAR FLAVIUS JUSTINIANUS, ALEMNICUS, GOTTRICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTICUS, ALANICUS, VANDALICUS, AFRICANUS, PIUS, FELIX, INCLYTUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AUGUSTUS, cupide legum juventuti S.

tini Imperatores plerique hoc cognomen dimiserant ante Justinianum nostrum qui illud primus revocavit in usum, primus postliminio veluti renunciatus *ἰουανὸρ ἀποκατάρας*, uti testatur Agathias lib. 6. p. 157. Et, Spanhem. de usu & præst. numis. Tom. 2. Diss. 12. p. 403. HEIN.

CESAR] Cognomen familie in gente Julia, quod post C. Julium factum est hereditarium Imperatorum. Procedente tempore eodem nomine appellati & qui vivo Imperatore designati augustæ majestatis heredes, l. 7. C. de mæst. & mathem. Spartian. in *Allo Vero*, ubi & hunc ipsum primum Cesarem ea ratione appellatum testatur. Hodie *Reges Romanorum* vocantur. VINN. Ita quidem Spartianus in *Æl. Ver.* cap. 2. Contrâ Aurel. Viç. cap. 12. in *Trajan.* ab Hadriani demum adoptione divisa esse ait Cesarum & Augusti nomina. Neuter accurate. Omnes Principum liberi dicti sunt Cesares jam à Neronis temporibus. Domitianus

MPERATOR] Hoc nomine etsi appellarentur omnes exercitus ductores *ὁ στρατηγὸς, ἢ ὁ πρῶτος ἢ ἡγεμὸν ἢ ἡγούμενος*, proprie tamen id tribui solebat iis qui re bene gesta hoc honoris titulo acclamatione militum vel decreto Senatus decorati essent. Post occupatam Rempublicam perpetuum Principis prænomen esse cœpit ex S. C. Horomannus ex *Cic. Tacit. Sueton. Dion. Appian.* VINN. Sed tamen Byzant.

Tom. I.

A

nus

AR-

PROEMIUM IN INSTIT. LIB.

2 statim interfecto Vitellio hoc nomen obtulit. Tacit. Hist. Lib. 3. cap. 86. Hinc nummi Titi & Domitiani Caesarum apud Spanhem. T. 2. p. 351. Ita & Trajanus Caesar consalutatus statim post adoptionem. Consule Pagi Crit. Bar. ad ann. 69. & 97. Postea destinati Imperio Candidati dicti sunt nobilissimi Caesares, quod nomen in nummis Philippi junioris primum occurrit; at ante eum idem legitur in marmore Maximo Maximilio filio dicato apud Gruter. p. CLV. §. vid. Ez. Spanh. de usu & praesent. num. Diss. 12. §. 2. p. 357. & seq. HEIN.

FLAVIUS] A Vespasiano Imperatore hoc nomen manavit, quem è Flavia gente nova & ignobili fluxisse, Suetonius auctor est.

JUSTINIANUS] Nomen hoc Imperatoris nostri proprium fuit, idque etiam habuit ante adoptionem; ex quo apparet non esse productum à nomine Justinii avunculi & patris adoptivi, ut quidam putant.

ALEMANNICUS, GOTHICUS, &c.] Agnomina à devictis aut bello laessitis gentibus ducta. Seneca 1. de clement. cap. 14. scribit assentantem populum ambiciosae majestati tribuisse, quidquid potuit congerere titulorum. VINN. Hunc morem devictarum gentium vocabula nominibus adscribendi jam pridem ante Justinianum servarant Imperatores. Solutus judaici cognomen ob religionis odium & gentis contemptum adspersus est uterque Vespasianus. Ceterum haec gentes omnes noxae sunt praeter Anticam. Et hic plerisque interpretibus aqua haesit. Verum non Anticum, sed Ponticum legendum esse recte movit è Spanhem. ibid. Diss. 12. §. 14. pag. 504. T. 2. Laxos enim Abagos & Tkanos ad Pontum Euxinum subegerat; unde & alibi dicitur à Laxicu. Nov. XLIII. HEIN.

FRANCIGI] Theodibertum Francorum regem gravissime tulisse, refert Agathias, quod Justinianus, velut devicta gente Francorum, Francici titulum sibi summisset. Postea etiam Gepidicum & Longobardicum se dixit, quod eas quoque gentes irritavit. Cujac. & Grot. ex Agathia.

PIUS] Primus hoc cognomen obtinuit Antoninus Hadriani successor. Capitolini. in Antonin. c. 2. Inde ad alios descendit. Justinian. Nov. 78. c. 5. Ἀγαθὸς ἢ τὸς ἱεράκιος ἰσχυρὸς ἢ ἕως καὶ ἰς ἡμᾶς τὰ τὸς πρῶτον ἰσχυρὸς ἄλλοις κατέβη. VINN. Conferendus omnino Ez. Spanhem. Diss. 12. §. 6. pag. 434. seq. T. 2. HEIN.

FELIX] Usurpavit hoc cognomen Commo-

2 dus ut historiae testantur, quem plerique successores imitati appellationem hanc Justiniano tradiderunt. VINN. Ast hujus cognominis, jam suo tempore Imperatoribus dati, meminist Seneca Lib. 1. de Clem. c. 14. HEIN.

TRIUMPHATOR] Triumphasse legitur de Persis & Vandalis. Varro l. 7. de ling. scribit triumphare sic appellatum esse, quod cum Imperatore milites redeuntes clamant per Urbem in Capitolium eunti: Jo triumphe, io.

AUGUSTUS] Nomen hoc primum Octavio Senatu tributum. Ductum ab eo quod loco in quibus auguratur quid consecratur augusta nominantur. Suet. in August. c. 7. Alii ab augendo imperio dictum putant. VINN. Eodem sensu Manasses in Politici: Ἀυγούστος, inquit, ἔστι δὲ ἡ ἀύξωσις. Contra in Novell. 17. αὐτὸς ἐστὶν ἡ ἀύξωσις reddidit semper adorandus. HEIN.

Ut Plato legislationis tres vult esse partes, Proemium, Legem, & Sanctionem: ita hujus Constitutionis eadem deprehenduntur membra. I. Proemium, quo suum legislationis studium commendat, usque ad §. 3. II. Legislatio, usque ad §. pen. III. Sanctio. Weitenb. hic.

De usu armorum & legum.

Imperatoriam majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus & bellorum & pacis recte possit gubernari; & Princeps Romanus non solum in hostilibus praesidiis existat, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat & fiat tam juris religiosissimus, quam visus hostibus triumphator (magnificus.)

Arms decoratam] Imperator utrumque Reipub. tempus sine armorum ac legum praesidio recte administrare non potest; in quam sententiam praecleara quaedam hic adpersa ab Hotom. & Grot. ex Arist. Plat. Liban.

Legibus armatam] Munitam & instructam. M. Tullius l. 1. de Off. scribit Lacedaemoniorum imperium multo plus Lycurgi legibus & disciplinae debere, quam aut Pausaniae, aut Lysandri rebus gestis. Fervi enim, inquit cap. 22. sunt fortis arma, nisi sit consilium domi, &c. Est autem hic ἡ μάχη κατὰ τὸν τῶν στρατῶν νόμον, i. triphic arma decorari, legibus armari. Triumphum pro verbo reddidit, ἵνα καὶ καὶ ἰσχυρὸς, ἵνα καὶ ἰσχυρὸς.

Victor existat] Sensus est apertus, Imperatorem

PROEMIUM IN INSTIT. LIB.

3 rem non ex armis tantum, sed etiam ex legibus gloriosam sibi victoriam comparare.

Legitimos tramites] Ea ratione quam leges praescribunt. Theophilus convertit, ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς, legitimis in venis. Imperator non tantum hostibus debellandis, verum etiam calumniatoribus coercendis victoris nomen adipiscitur.

Calumniantium] Pars pro toto: improbitas quae in judiciis versatur, de qua proprie verbum calumniandi intelligitur, pro omni quae in pacata civitate admittitur. Cicero 2. de Republica. Ut Carneadi respondeatis qui saepe optimas causas ingenti calumnia ludificari solet.

Juris religiosissimus] Juris ad summam religionem observantissimus. Dion. Halicarn. lib. 5. Κράτος ἐστὶν βασιλεὺς ἢ δικαιοσύνη τε καὶ ἰσχυρότατος.

Magnificus] Abest haec vox à veteribus libris, testibus Cujac. & Hotom; nec Theophil. agnoscit.

De bellis & legibus Justiniani.

1 Quorum utraque viam cum summi vigiliis summaque providentia, annuente Deo, persequimur. Et bellicos quidem sudores nostros Barbaricae gentes sub juga nostra redactae cognovimus & tam Africa quam alia innumerae provinciae post tanta temporum spatia nostris victoriis à coelesti Numine praestitis iterum ditioni Romanae nostraeque addita imperio protestantur. Omnes vero populi legibus tam à nobis promulgatis quam compositis reguntur.

1 Utramque viam] Justinianus & gloriam sibi peperit victis hostibus, & juris aequilibratum inter civis suos retinuit.

Barbaricae gentes] Significat Persas in Syria, Vandalos in Africa & Italia, Gothos in Italia & Sicilia.

Redactae] Vet. deducit, & ita Cujac. & Hotom.

Innumerae] Vet. numerose, id est multae; sic enim locuti sunt Cassiod. Oros. Eutrop. & alii Scriptores ἰσχυρὸς Theoph. tamen ἰσχυρὸς. Post tanta temporum spatia] Post annos 95. quibus Vandali Africam tenuerunt, l. 1. Cod. de offic. prof. Africa. Ad stipulatur Procop.

Ditioni Romanae] Postquam sedes imperii Constantinopolim, (quae antea Byzantium, postea etiam nova Roma) translata fuit, imperium Romanum à Constantino & Gallieno in duas partes divisum, orientalem & occidentalem, & utrique parti suae provinciae attributa.

3 VINN. Non à Gallieno sed à Galerio, nec in duas sed in tres partes. Galerius enim Orientem, Constantinus transalpinae provinciae, Maxentius Italiani accepit. Eutrop. Lib. 10. c. 1. HEIN.

Promulgatis] Promulgatas suas, compositas alienas intelligit, id est ex veteri jure in unum collectas & dispositas.

De Compositione Codicis & Pandectarum.

2 Et cum sacratissimas Constitutiones antea confusas in luculentam ereximus consenantiā, tunc nostram extendimus curam ad immensa veteris prudentiae volumina; & opus desperatum, quasi per medium profundum euntes, caelesti favore jam adimplevimus.

2. In luculentam ereximus consenantiā] Intelligit Codicem priore in quem altero imperii sui anno composui jussit 528. & anno insequenti edidit. In hunc Principum Constitutiones vage per tres codices, Gregorianum, Hermogenianum, Theodosianum dispersas collegit, const. de nov. Cod. fac. & de just. Cod. confirm. Sed cum non habemus. Post idem Codicem iterum emendatus est, & multis locis recognitus, additis 50. Decisionibus, quo hodie utimur. VINN. Prior ille codex promulgatus est. Id. April. anni DXXIX. dictus est Justinianus. Nov. 66. c. 1. §. 1. Paul. Diac. Lib. 1. c. 25. Posterior quo hodie utimur, dicitur Codex repetite praelectionis, Const. de Codic. emend. §. 3. publicatus xvi. Kal. Dec. anni DXXXIV. HEIN.

Ad immensa veterum volumina] Quarto imperii anno, Lampadio & Oreste Coss. 530. Pandectas composui jussit, ediditque, & confitavit anno imperii sexto, Ipso III. Cos. eodemque anno compositae Instructiones, & promulgatae uno mense ante Pandectas: ut Pandectae compositione priores sint Institutionibus, confirmatione posteriores. Codicem repetit praelectionis promulgavit anno proximo, Ipso IV. & Paulino Coss. 534. Hac perspicua sententia Constitutionibus ad juris compositionem pertinentibus. Novellarum liber diem non habet.

Immensa volumina] Innumera veterum scripturae quae in bis mille libris & aliquot centena millia versuum exercebant, l. omnem §. 1. de concept. Dig.

Per medium profundum] Per medias difficultates. Liv. 3. c. 1. Provideo animo in vastiore me

me altitudinem; ac velut profundum inveni.

De tempore, auctoritatibus, fine & utilitate compositionis Institutionum.

3. Cumque hoc Deo proprio peractum est Triboniano viro magifico Magistro & Exquestore sacri palatii nostri & Exconile; nec non Theophilo & Dorotheo viris illustribus & Antecessoribus (quorum omnium solertiam & legum scientiam & circa nostras fustiones fidem jam ex multis rerum argumentis accepimus;) convocari mandavimus specialiter, ut ipsi nostra auctoritate nostrisque sutionibus Institutiones componerent, ut liceat vobis prima legum canabula non ab antiqui fabulisti dicere sed ab Imperiali splendore appetere; & tam aures quam animi vestri nihil inutile nibilque perperam positum, sed quod in ipsi rerum obtineat argumentis accipiant. Et quod priore tempore vix post quadriennium prioribus contingebat ut tunc Constitutiones Imperatorias legerent, hoc vos à primordio ingrediimini, digni tanto honore tantaque reperti felicitate ut & iniriium vobis & finis legum eruditionis à voce Principali procedat.

3. Magistro] Scilicet officiorum, penes quem cura est totius pene aulae & palatii. Gallis Prae- dicit de l' Hôtel. Cujac. in l. 3. c. de prepo. sac. cubic. lib. 12. VINN. Immo non tam aulae, quam consistorio Principis praerat, dictus ideo gubernare officia palatina, l. 2. C. Theod. de Juedici. Hinc in comitatu Principis erat, ad eumque referebatur ex libellis Magistratum. Vid. Gothofr. Notis. dignitat. ad C. Theod. p. 326. Tom. 6. HEIN.

Exquestore] Quaestor aetate Justiniani in erat quem nostra aetas Cancellarium vocat, ut pass. in Cod. hoc est, ad quem cura legum & juris pertinet. Custos legum & famae publicae appellatur in Nov. Valentiniiani de homic. cas. fact. & à Cassiod. aliquot locis Exquestores & Exconsules à Justiniano dicitur, qui à Latinis Quaestorii & Consulares. VINN. Vid. omnino Cassiod. Var. 12. v. 14. HEIN.

Antecessoribus] Juris Inceptoribus, ac Doctoribus iEgyptiis, ut pass. in praefat. Pand. & repus idem dicitur l. 6. §. 12. D. de excusat. tut. Qui forum sequi ebantur, Togaati qui scholas, Antecessores & Professores dicebantur.

Prima legum canabula] Prima legum fundamenta, & prima seu elementa, primam legum audentiam appellat in l. un. C. de nud. jur. Quirit. tollend.

Antiqui fabulisti] Jus antiquum & obsoleverum intelligit, quo referti erant veterum Jurisconsult. libri.

Rerum obtineat argumentis] Hac pertinet illud Aristippi apud Laetium, qui percontanti cuidam, quae potissimum adolescentibus essent dissenda, respondit, quae vitis ipsi futura sunt.

Post quadriennium] Theophil. jur. 2. tit. 1. §. 1. Sed aut erravit ipse, ad corrupti sunt Codices, ut patet ex praefat. ad antecess. Fabrot. in not. ad Theoph.

Digni tanto honore, tantaque reperti felicitate] Digni reperti tanto honore tantaque felicitate. Theoph. τὸ αὐτὸν ἀξιοῦν τιμῆς, καὶ τοσοῦτης ἀπολαύσεως ἵκεν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀπαιτούμενου.

Divisio Institutionum.

4. Igitur post libros quinquaginta Digestorum seu Pandectarum in quibus omne jus antiquum collectum est, quod per eundem virum excellentium Tribonianum, nec non ceteros viros illustres & facundissimos confecimus: in quatuor libris eadem Institutiones partiri jussimus, ut sint totius legitima scientia prima elementa.

4. Pandectarum] Pandectae παρὰ τὴν πᾶν διχρησθαι, quod omnis generis leges complectantur, Harmenop. l. 1. tit. 1. §. 6. VINN. Eandem vocabuli rationem ipse Justinianus reddidit, quod omnes disputationes & decisiones in se habeant legitimas, & quod undique suis collectum hoc in sinu suus receperint. l. 1. §. 12. Cod. de ver. Jur. encl. Sed non Justinianus hujus tituli auctor; Pandectas enim & Digesta jam scripserat Ulpianus, Modestinus, in immo & Sabinius, Julianus, Alfenuus Varus, Celsus, Marcellus, & alii. HEIN.

Collectum est] Libri veteres, teste Horom. collatum est. Et ita Theophil. ἡ δὲ ἐπιτομὴ πᾶσα ἡ τῶν ἀρχαίων νόμων ἐστίν.

Ceteris] Praeter Tribonianum, Theophilum, Dorotheum tredecim aliis usus est Justinianus, quos enumerat & nominat in praefat. Digest.

In quatuor libris] Apud Theophil. abundant verba, τὰς ἑξήκοντα διχρησῶν Fabrot.

Quid in Institutionibus continetur.

5. In quibus breviter expeditum est, & quod antea obtinebat, & quod postea desuetudine in- umbratum Imperiali remedio illuminatum est.

5. Desuetudine] Theophil. ἐξουσία, quasi dicas inusuetudine. Significat autem jura antiqua & antiquata, qualia multa in argumentis usa-

captionum, exheredationis liberorum, legato- rum, successionum ab intestato, bonorum posses- sionum, satisfactionum, &c.

Illuminatum est] Theop. ἐφωτισθαι. Intelligit autem & desuetorum quorundam in usum revocationem, & aliorum vel interpolationem vel abolitionem.

Ex quibus libris compositae sunt Institutiones, atque earum recog- nitio & confirmatio.

6. Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & praecipue ex commentariis Caji nostri, tam Institutionum, quam rerum quotidianarum, aliisque multis Commentariis compositas cum tres vi- ri prudentes praedicti nobis obtulerint, & legimus & recognovimus & plenissimum nostrarum Con- stitutionum robur eis accommodavimus.

6. Praecipue ex commentariis Caji] Hoc ita esse vel reliquis scriptorum Caji, qui in Pandectis supersunt, cuius animadvertere licet; saepius enim hujus unius, quam ceterorum om- nium verba in his libris proferuntur.

Notus] Benevolentiae significatio; ac sic ple- rumque praedecessores qui nostrae fuerunt profes- sionis appellamus. Scævola noster apud Paulum & Triphonium saepe; apud Pomponium Cajus noster l. pen. D. de stip. serv. Floruit sub Hadriano & Marco l. 7. D. reb. dub. l. pen. D. ad SC. Tertyll.

Recognovimus] Id est, corrigendi causa di- ligenter & attente legimus. Cic. pro Balb. cap. 5.

TITULUS I.

DE JUSTITIA ET JURE.

Dig. Lib. 1. tit. 1. Part. 3. tit. 1.

- 1. Partitio & series totius operis.
2. Justitiae vulgatae distributio explicata.
3. Etiam universalem justitiam disciplina civilis prepositam.
4. Virum justitiae in universalem & particularem distributio necessariae Septice.
5. Variis juris significata, & qua in significatione eorum verbum hic accipitur?
6. Summa eorum, quae hoc titulo traduntur.

Nos Cn. Pompeji judicium de consiliis se utentis pronuntium recognoscemus.

Constitutionum robur eis accommodavimus.] His verbis indicatur Institutionum confirmatio. Unde haec praefatio Theophilo, διὰ τῆς βα- βύλων τῆς ἰστῆρας.

Ahortatio ad studium juris.

7. Summa itaque ope, & alacri studio haec leges nostras accipite, & varietatis sic eruditas ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat toto legitimo opere perfecto posse etiam nostram Rempublicam in partibus ejus vobis credendis gubernari. D. CP. XI. Kalend. Decemb. D. JUSTINIANO PP. A. III. COS.

7. Summa ope & alacri studio] Epilogus exhortatorius, ut in suaviori usitatum, à spe & expectatione pramiorum, Cic. 1. de orat. c. 8. Pergit ut facilius adolescentes, atque in id studium quo estis incumbite, ut vobis honori & amicis utilitati & Reipub. emolumento esse possitis.

D. CP. XI. Kal. DECEMB.] Id est Data Constantinopoli XI. Kalendis Decembris, Domino Justiniano perpetuo Augusto tertium Consule. In quibusdam libris, PP. quasi Patre Patriae, quod ejus temporis consuetudo repudiavit. Horom. VINN. Quamvis ex hac subscriptione pateat, Institutiones prius, quam Pandectas confirmatas, auctoritas tamen utriusque libri ab eodem die III. Kal. Jan. dependet. l. 2. §. penult. C. de vet. Jur. encl. Unde non semper Pandectae derogant Institutionibus, sed observandae sunt regulae. Ulr. Huber. in praef. ad b. l. §. 10. HEIN.

versi juris tractatio duabus partibus continetur, quarum una est de jure constituto, sive de legibus qua naturalibus qua civilibus; altera de jure constituto, sive de eo quod legibus sancitum autemque est. Et quia prima natura questio est de jure constituto, de eo etiam primo loco veteres tractaverunt; quod non modo in his Institutionum libris, sed etiam in Pandectis animadvertere licet. Nam prima questio proponitur atque absolvitur quatuor titulis in vesubulo sive ingressu Pandectarum, reliquo opere agitur de jure constituto. Idem & in Institutionibus nostris observatum est; siquidem duo priores tituli hujus libri primam quae-

questionem continent; reliqua parte operis altera questio, quae multo latius pateat, tractatur, atque *ἰδιῶ διακριτικῶν* (methodo discretiva) absolvitur, initio factō à discretionē materiæ sive subiecti hujus scientiæ: quæ divisio in hæc questionē omnium prima est & generalissima.

2. Inscribitur hic titulus *de justitia & jure*. Aristotelis & plerisque moralis Philosophiæ professoribus justitia duplex est, universalis & particularis. Ad universalem pertinet titulum illud Poetæ geomolōgicū:

Ἐν τῷ δικαιοσύνης συνάμειβον πᾶσα ἀγαθὰ ἴσῃ.

(Justitia una omnes virtutes continet in se.)

Comprehendit scilicet in se hæc justitia etiam aliarum virtutum omnium officia, peculiari tamen cum respectu, quatenus nimirum illa necessaria sunt aut conducunt ad perfectionem & conservationem civilis societatis, ut ne quid admittatur contra rationem aut honestatem, quod non admitti vel publice vel privatione teris. Hæc eadem justitia & legalis dicitur, propterea quod non minus late pateat quam ipsæ leges, quæ etiam sunt regula & norma hujus justitiæ: unde à Cicerone l. 1. de legib. c. 15. definitur: *intemperatio scriptis legibus & institutis populorum*, ab Aristotele lib. 5. Eth. 1. obedientia erga omnes leges. In summa hæc justitia à virtute in genere non differt essentiâ, sed hæcenus tantum, quod quando consideratur ut habitus animi, dicatur virtus simpliciter; quando ut civilis societatis conservatrix, justitia, auctore Michale Ephesio ad d. loc. Arist. Vitium huic legali justitiæ oppositum dicitur *παράνομος* (legis transgressio). Particularis justitiæ duas species constituunt, quarum alteram *δικαιοσύνην* Aristoteles vocat, id est distributivam; alteram *οὐσιασματικὴν*, id est commutativam. Distributiva respicit æquitas, quod quisque meretur, quod cuique convenit, sive id præmium sit sive poena, sive honor sive onus. Commutativa suum cuiusque proprie auctorem spectat, & alio nomine melius *διεσθωτικὴ* (correctiva) à Philosopho appellatur: nam ut possessor rei nee eam mihi reddat non est *ἐξ οὐνόμω δικαίος* (ex contractu) & tamen ad eandem hanc justitiam pertinet. Illud quoque perpetuum non est quod plerique tradiderunt, à justitia commutativa respici proportionem simplicem quam arithmetice vocant, à distributiva comparatam quam appellant geometricam, quæ mathematicis & revera sola proportio est; neque enim per se justitia commutativa à distributiva differt tali proportionum usu, sed objecto & materia circa quam versatur. Nam & contractus societatis expletur pro-

portione comparata, & si unus tantum aptus inveniat ad munus publicum obundum non alia quam simplici commensatione attributio fit; & contra si quis de suo legare velit distributiva justitia uti solet & merita considerare l. 9. ff. pro soc. Sed & in delictis cotendendis poenarumque irrogatione modo arithmetica, modo geometrica proportio servatur; quod tamen totum est justitiæ distributivæ. D. Grot. 1. de jur. bell. & pac. c. 1. num. 8. Vitium particulari justitiæ oppositum *παρανομία* dicitur, cujus verbi vim Latini per vocem *injuria* fere expriment.

3. Disciplina civilis non dirigit internas animi functiones, & potissime versatur circa justitiam particularem in ejus juris obedientiam animos formans, cujus executio in judiciis urgetur. Negari tamen non potest quia interim quoque sp. dicit justitiam universalem, quæ omnium virtutum officia complectitur; docet enim juste vivendum esse secundum omnes leges, ipsaque adeo juris præcepta omnem speciem virtutis & honestatis continent, certe quatenus eo spectant ut juste vivatur & civium inter se honesta sit societas, quod hic quæritur. Et vero si legibus & legum latoribus proposita est universa virtus, ut sane est, cum beatitudo civilis sit universarum legum summa, teste Platone 5. de legibus: etiam legum Scientiæ & Consultis eadem proposita erit. Neque enim minus late patet officium Jurisconsulti in legibus interpretandis, quam Legislatoris in sciendis; & totoque falluntur iudicio qui officium Jurisconsulti cancellis forensium causarum circumscribunt. Utiq; illa: *Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito: rogum aciem ne polito: mulieres genas ne radunt; neve lesrum fueris ergo habeno*, & similia lege duodecim Tabb. cauta nullo modo ad justitiam particularem referri possunt. Quod si quis in hujusmodi questione valere debet auctoritas Principis, ipse Justinianus Nov. 69. in pr. disertè ait: *justitiam illam quæ singulis virtutibus assistit, earque ad debitum finem perducit, etiam finem esse legum prudentiam.*

4. Temperare mihi non possum quin illud hic subjungam, esse qui vulgatar illam justitiæ distinctionem negant esse necessariam; & simpliciter esse contendunt, si unum tantum justitiæ genus esse dicamus. Quod si verum est, sublata erit hæc disputatio. Hi ita disserunt. Ut singularum virtutum omnium, ita & justitiæ unum genus esse, *διεσθωτικὴ πᾶσι ἀνεπίτητος, ἀδικίαις, (correctivum omnis iniquitatis aut injustitiæ)* sicut ex contrario nec. duo injustitiæ genera sunt, sed unum tantum, sive *τὴ ἀνομία* (ini-

(iniquum) dicas, sive *παράνομος*; (contra leges factum) utrunque enim omnem comprehendere injustitiam etiam ipsum Aristotelem docere, neque *παράνομος* & *παρανομία* (legis transgressionem, & injuriam) genera esse opposita s-d hanc illius speciem; hoc item & Aristotelem fieri. Adhæc, non simpliciter verum esse quod reliqua injustitiæ genera non tantum pugnent cum justitia verum etiam cum alia virtute, *παρανομία* autem cum sola justitia, quo maxime argumento ad distinctionem suam probandam utitur Aristoteles: posse quidem in una actione cum alio vitio injustitiam concurrere; ceterum nullas actiones injustas, quatenus injustæ sunt, cum alia virtute directo pugnare sed cum justitia dumtaxat; sicut nec ex contrario alia vitia cum justitia sed cum oppositis sibi virtutibus. Ut ecce: qui adulterium committit, eam & injustum esse quod alienum violat thorum, & intemperantem propter explicationem libidinis. Jam vero violare thorum alienum, quod est injustitiæ, non pugnat cum temperantia (quid enim si quis questus sui causa id fecerit?) nec expleat libidinem cum justitia, non magis quam si quis libidinis explendæ causa cum scorto congressus sit. Denique ex hoc etiam exemplo patere, posse & *παρανομία* eodem modo cum alia virtute committi: nam adulterum, & *παρανομία* esse sive injurium, & intemperantem. Innumera vero afferri posse quæ cum sint *ἀνομια* (contra leges) & in speciem *παρανομίας* non cadant, cum nulla tamen alia virtute pugnent quam cum justitia. Nam si quis è decem quos habebat sex serivos testamento manumiserit; aut si minor viginti annis servum manumiserit non dicta apud Communitatem causa: utrumque injuste facere, illum contra legem Furiam Caniniam, hunc contra legem Æliam Sentiam; neutrum tamen injurium esse, neutrum ignave aut intemperanter facere. Si vir uxori quidpiam donaverit; si fundum dotalem cum consensu uxoris alienaverit aut obligaverit; si femina intercesserit; si filiofam. pecunia mutuo data sit; si frater sororem adoptivam uxorem duxerit: hæc actiones omnes & similes injustas esse, & legibus aut senatusconsultis improbari, nec tamen qui ista faciunt injurios dici posse, aut intemperantes, vel ignavos. Ceterum nihil in presentia definitio.

5. Juris vocabulum *παιδαγωγία* est (natura significat); propria significatio una, minus proprie plures. Proprie jus dicitur: nature, aut populi, ejusque qui vicem populi sustinet jussum. Arguit id etymon ipsius vocabuli, quod à jubendo dictum esse vel ex eo

liquet quod veteres, auctore Festo, jura dixerunt *justa*. In hac autem significatione passim usurpatur, veluti cum dicimus: *jure quid fieri*; juris rationem non pati: contra jus esse. Sic dicitur jus naturale, civile, prætorium. Ceteræ significationes minus proprie, ut primo cum jus accipitur pro eo quod jure continetur, & cuique tribuitur; idque vel generatim & indefinitè, ut in hisce formulis aut id genus aliis, cum dicimus: *jus suum cuique tribuere*; nemini mortalium jus suum detrahi oportere; eodem modo haud dubie accipi debet cum dicimus jura sanguinis, agnationis, naturalia & adoptionis jura, nempe pro beneficiis sanguinis, agnationis, natura, adoptioni jure tributis; vel specialiter pro facultate & potestate jure tributa, quod fit quousque verbis faciendi, jus adjungitur; ut in definitionibus itineris, actus, vie, ususfructus, actionis, in quibus omnibus metonymia est continentis pro contento. Secundo cum jus accipitur pro jure arte per eandem figuram converso modo, ut in l. 1. p. hoc tit. Tertio cum accipitur pro loco in quo jus redditur, ut cum dicimus: *in jus vocare*: in jure confessos pro judicio inheris in quo idem fere tropus est, *μετονομα* (metonymia) adjuncti pro subiecto, l. pen. eod. Quod si nunc quaratur: qua in significatione jus hoc loco accipi debeat, propriam an figuratam constanter respondebimus: in propria. Arguit hoc ipsa materia quæ & in hoc & in seq. titulo tractatur: argunt definitiones & divisiones quæ in utroque titulo & in π. eodem traduntur; ut mirum sit inventi qui serio contendant jus hic pro jure arte accipiendum.

6. Summa eorum quæ hoc titulo tractantur hæc est. Primum traditur definitio justitiæ & jurisprudentiæ, quaque ratione ac via tyrionibus hæc disciplina proponenda sit indicatur. Hinc jam ea pars quæ est de jure constitutis inchoatur, tradunturque juris præcepta, jure civilis divisio, & subdivisio privati. Singula nunc videamus.

TEXTUS.

Definitio justitiæ.

Justitia est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi.

L. I. Tit. I. Part. 3.

COMMENTARIUS.

Quintus Scimus voluntatem esse potentiam naturalem; justitiam autem virtutem

esse & habitum animi *προαιρετικῶν* (arbitrarium) de proinde qual tatem adventitiam. Falsum igitur, dicit aliquis, genus. Si respondemus genus esse metonymicum, effectumque pro causa positum, voluntatem scilicet pro habitu qui eam efficit, jam contra omnem Philosophiam omnemque rationem videbimur qualitatem acquisitam causam statueré qualitates & potentias naturalis. Verum observandum est non simpliciter pro genere voluntatem poni, sed *ἐπιδικῶς* (cum adjectis) voluntatem constantem & perpetuam. Ut velinus à natura est, ut constanter ab habitu. Potentia naturalis, quatenus promovet habitum, ejus ex parte causa est; quatenus autem ipsa politur ac perficitur ab habitu, effectus.

Constanti & perpetua] τῶν ἀπορῶν, καὶ διαιρέτων, quæ verba justitiæ habitum ibi demum esse indicant, ubi perpetuo & constanter quis agit, atque, ut Aristoteles loquitur, ὁμοίως καὶ ἀμετακίνητος ἔστω (firmiter atque immobiliter se habens) 2. Eth. 4. Ne quis autem putet vitiosum esse quod justitia definiatur per ejusmodi habitum cujus homo non sit capax; res definiti solet non ad conditionem subjecti, sed qualis est essentia sua; sicut ab Aristotele felicitas, à Platone respública, à Xenophonte Princeps, à Cicerone & Quintiliano orator describitur. Eodem modo & justitia hic definitur, non ut inest hæc vel illi subjecto, sed prout inesse debet justitiam profertur: in abstracto, inquam, non in concreto. Vinn. Hæc definitio Stoam redolet non minus quam pleraque Jurconsultorum scripta. Omnis autem virtus, adeoque & justitia Stoicis in constante & perpetua voluntate posita videbatur. Cic. Parado. 3. 1. Sen. Epist. 66. & 121. Hein.

Jus suum cuique tribuendi] ἕκαστῷ τὸ ἴδιον ἀποδίδωκεν δίκαιον. Quod Dialectici docent, habitus definiti assumto ad genus objecto & sine, id etiam in hac definitione observatum. Objectum justitiæ est jus cujusque suum, finis ut id quisque obtineat, hoc est ut cuique quod ei debetur tribuatur. Delictis etiam debetur poena. Atque hunc finem simpliciter Plato expressit his verbis τὰ ἑκάστῳ ἕκαστος ἀποδίδωκεν (debita cuique reddere) 1. de republ. Auctor propositæ definitionis est Ulpian. 1. justitia. 10. hoc eod. tit. Plenior & planior hæc est: Justitia est habitus animi per quem ita affecti sumus, ut suum cuique, quantum in nobis est, tribuere velimus.

Definitio Jurisprudentiæ.

i. Jurisprudentiæ est divinarum atque humanarum rerum notitia, justæ atque injustæ scientiæ.

COMMENTARIUS.

Jurisprudentiæ] Disciplina nostra nunc scientiæ, nunc ars juris, nunc intelligentiæ, nunc civilis sapientiæ, hic prudentiæ appellatur; hisce enim nominibus promiscue utuntur non Jurisconsulti tantum, sed etiam ceteri auctores qui populariter loquuntur. At enim cum hæc disciplina sit habitus practicus, (est enim sine controversiâ pars Philosophiæ practicæ) si strictè loqui volumus & ad certas habitus intellectuales species singula illa nomina cum Aristot. 9. Eth. 3. accommodare: solum nomen prudentiæ huic disciplinæ tum convenit.

Divinarum atque humanarum rerum notitiâ] Hæc item descriptio Ulpianum auctorem habet 1. justitia 10. §. 2. hoc tit. Genus in hac descriptione est notitia aut scientiæ, idem enim hæc duo significant. Differentia petitur à subjecto ejusque considerandi modo; unde & finis sponte sua intelligitur. Subjectum jurisprudentiæ sunt res divinæ & humanæ; modus considerandi, quatenus de jure earum queritur: scilicet ut noverimus an in iis, aut ad eas, & quatenus jus aliquod habeamus. Nam in hunc finem res dividuntur in eas quæ divini quæque humani juris sunt; quæ in commerciis atque extra commercia: quotitur in rebus humanis quæ publicæ, quæ privatæ, & in his earum acquisitio, conservatio, alienatio, & id genus alia quorum omnium tractatio ad Jurisconsultum pertinet. Hunc vero considerandi modum sequentiæ definitionis verba indicant justæ atque injustæ scientiæ: nempe hæctenus res divinæ & humanæ esse objectum hujus scientiæ, quatenus ea cum de jure harum rerum queritur quid justum aut injustum sit doceat. Quod si cui hæc explicatio subtilior videtur, ecce aliam magis popularem. Certum est disciplinam civilem non tantum in privati, sed etiam in publici juris cognitione versari; publici autem juris cum pars sit divinum 1. 1. §. 2. hoc tit. merito ea rerum divinarum atque humanarum, hoc est divini & humani juris notitiæ dicitur. Justæ, atque injustæ, id est, ejus quod fas et jura sinunt, aut non sinunt scientiæ. Sane veteres juris Interpretes etiam sacris ceremoniisque deorum præfuisse testis est historia.

A Celso hæc disciplina ab officio eam profertent elegantissime & brevissime describitur, *ars æqui & boni d. l. 1. in pr.* Siquidem officium Jurisconsulti & prudentiæ illius tota in eo consistit ut quid in re quaque æquum quid iniquum sit videre, tum discernere & de eo respondere possit consilium sibi expetentibus. Vinn. Hæc quoque definitio Stoica est. Stoici enim ita describere solebant Philosophiam, Sen. Epist. 89. Quam vero inter Jurisconsultos & Philosophos *ἀπάρατος* (non negotiosus, seu theoreticus) magna esset æmulatio, Merill. Observ. 11; & illi sibi veræ & non simulate Philosophiæ studium tribuere solebant, 1. 1. §. 1. ff. h. t. non dubitarent definitionem Philosophiæ Jurisprudentiæ tribuere, addita tamen differentia specificâ: *justi atque injusti scientiæ HEIN.*

TEXTUS.

De juris methodo.

2. His igitur generaliter cognititis, & incipientibus nobis exponere jura populi Romani, ita videntur poste tradi commodissime, si primo levi ac simplici viâ, post deinde diligentissima atque exactissima interpretatione singula tradantur. Alioqui si statim ab initio rudem adhuc & infirmum animum studiosi multitudine ac varietate rerum enervaverimus; duorum alterum, aut deteriorum studiorum efficiemus, aut cum magno labore, sæpe etiam cum diffidentia [qua plerumque juvenes avertit] serius ad id perducemus, ad quod leviori viâ ductus, sine magno labore & sine ulla diffidentia maturius perducî potuisset.

COMMENTARIUS.

QUOD pictores facere solent, qui prius lineamentâ prima ducunt & opus informant; post veris coloribus utuntur: id etiam in quavis arte docenda faciendum est. Primum enim *τοῦ ἀρχαίου*, crasse & simpliciter, postea *ἀκριβέστερον*, diligentius & subtilius unumquodque tradendum. Illud incipientibus magis convenit, hoc ad summam scientiæ est necessarium.

Duorum alterum] Duplècm hujus rei rationem offert. Prima est ne difficultate initio proposita deterreantur animi adolescentum, voluntatemque discendi unâ cum spe perdiscendi abjiciant. Altera ut maturius ad cognitionem hujus scientiæ ab hoc aditu patefacto perveniant, ad quam aut serius aut nunquam pervirent (certe non sine magno labore aut diffi-

fidentiâ) si eo tempore quo præcipue aliena ingenia ac indulgentia quadam enutriendi sunt, asperiorum tractatu rerum attentandi sunt; ut disputat Fabius in *proem. lib. 8. Instit. orat.* Commentariorum, quod ad incipientes attinet, eadem ratio. Ceterum qui jam aliquandiu hoc simplici cibo pasti sunt, his nihil prohibet eundem paulo doctius conditum iterum apponere, novoque & piperato jure deficientem excitare appetentiam. Mihi animus est uno promiscuo apparatu & frugaliter incipientes & opipare provecctos, nitide omnes excipere.

TEXTUS.

Juris præcepta.

3. Juris præcepta sunt: Honeste vivere, alterum non ledere, suum cuique tribuere.

L. 3. Tit. 1. Part. 3.

COMMENTARIUS.

NON assentior Hoppero *lib. 1. de art. jur.* nec Contio *ad hunc §. qui præcepta hoc loco & apud Ulp. 1. 10. §. 1. eod.* pro regulis hujus artis posita putant. Siquidem præcepta artium principia sunt cognoscendi, ut definitiones & divisiones; atque ita non tres regulæ, sed una tantum proponeretur præceptorum juris distributio. Rectius præcepta hic accipimus generalia quadam dictata ac præscripta juris illius communis, quod semper æquum & bonum est, sive notiones quasdam à natura insitas & quasi consignatas in animis nostris, *καὶ τὰς καὶ φυσικὰς ἐπινοίας (communes & naturales notiones)* Et primo quidem, quo vitæ honestas præcipitur, intelligi oportet veterari facta omnia quæ ledunt pietatem verendum, existimationem nostram, & generaliter quæcumque pugnant cum legibus, bonis moribus, & publica honestate: in tantum ut etiam ab iis nonnunquam abstinentium sit propter honestatem, quæ legibus civilibus permittitur, aut non expresse prohibita sunt, juxta tritum illud non omnia quod licet, honestum est. De quo multa præclare Pet. Faber. *ad 1. non omne, 144. de reg. jur.* Nimirum est aliquid quod non oportet, etiamsi liceat, ut bene Cicerro *pro Balbo c. 3.* Neque vero simplex hæc admonitio est, ut quibusdam videtur, sed verum atque effectus juris naturalis præceptum licet hic aliquando claudicet & convineat lex civilis; errantque adeo, qui cum hoc præcepto

comitunt lupanaria, quæ passim tolerari constat. *E' moxius (conventio)* est legis civilis, cuius latorem officii sui admovent, ne vel boni causâ mala fieri permittat. Hoc enim præterit humosmodi conventiæ excusari solet, quod propter redundantem in humana natura perveritatem quædam etiam non decora ac salutaria, adeoque decreto Spiritus damnata toleranda sint, ne majoris mali præbetur occasio. Verba fere sunt & ratio Imp. Leonis, qui usum usurarum quas Pater sustulerat hoc obtentu non dubitat restituere. *Non Leon. 83.* Duo reliqua præcepta duo distincta munera iustitiæ evidentior continent. Sic enim crasse ea accipio, ut secundum (alteram ncu. ledere) ad personam alterius referatur, ne alicujus vitam incolumitatem libertatem existimantem lædamus, aut violentum tertium (suam cuique tribuere) ad res externas, ut ab alieno manus abstinamus, hoc est, res alterius non atrectemus aut minuamus; ut patianur unumquemque rebus suis uti, et reddamus quod alienum apud nos est. Cui explanationi consentaneum est quod scribit M. Tullius lib. 1. offic. c. 5. *Iustitiæ primum munus esse, ut ne cui quis noceat; deinde ut communibus utatur pro communibus; privati ut suis.* Plus justo religiosi sunt qui nec plura esse juris præcepta contendunt nec pauciora. Nam & uno ex his tribus generaliter universum iustitiæ munus comprehendere potest, ut in definitione iustitiæ tertio præcepto duo priora comprehensa sunt. Possunt & quædam iustitiæ munera alius præceptis aut verbis specialius aut evidentius exprimi, ut *Deum colere, parentes revereri, patria servare, &c.* Nemo melius hæc explicavit, quam Claudius Cantiuncula in doctissima sua paraphrasi. *Vinn.* Sed & hæc Juris præcepta Scioia sunt. Honestum iis est quator virtutibus cardinalibus existere videbatur, *prudencia, temperantia, fortitudo, & iustitia.* Honestè ergo vivere ad temperantiam pertinet, neminem ledere ad fortitudinem, suam cuique tribuere ad iustitiam. Prudentia tamquam virtutis intellectualis, rationem non habuerunt Jureconsulti. Est hæc observatio viri eximii Thomasi in not. ad *Instit. b. 1. Hein.*

T E X T U S.

De Jure publico & privato.

4. Hujus studii due sunt positiones, publicum, & privatum. Publicum jus est quod ad statum Rei Romanæ spectat. Privatum est quod ad singulorum utilitatem pertinet. Dicendum est

L I B. I. T I T. I.

igitur de jure privato, quod tripartitum est; collectum enim est ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

C O M M E N T A R I U S.

1. Quæ modis dicitur jus publicum.
2. Antonius Orator notatur.
3. Aristotelica juris civilis distributio explicata.
4. Justinianus immerito reprehensus à Rod. Agricola.
5. Ulpianus cum Gajo &c. conciliatur.
6. Appellatione juris privati quale jus significetur.
7. Optima juris privati divisio.

Hujus studii dua positiones] Studium figurate, pro jure cui studetur: nam studium nullum publicum est, sed cujuslibet proprium & privatum. Positiones, id est *species, partes, species, &c. id. d.* Est autem hæc divisio sumpta ab objecto ac fine principali & fortasse rectius tres species ponerentur, ut à Cicero *1. de legib. Divinum, publicum, & privatum;* aut si *divinitia (divisio binembris)* magis arctide, dividit commodè potes in *divinum & humanum;* humanum deinde subdividi in *publicum & privatum.* Enimvero Ulpianum hujus divisionis auctorem sub publico etiam divinum comprehendisse certum est; ait enim, *Jus publicum in saceris, Sacerdotibus, & Magistratibus consistere* l. 1. §. 2. hoc tit. Ceterum juris illius saceris, ut ethnicis & impii traditionem in *π* (*Pandectis*) omiserunt Traditores Christiani. Quæ autem de hoc jure extant in Codice Christianorum Imp. constitutiones eatenus recipiende sunt, quatenus verbo Dei non repugnant. *Vinn.* Studium pro arto itidem *σοφιας (Stoicæ)* dicitur, ut ostendit *Merrill. Observe. Lib. 1. c. 2.* jus divinum humano oppositum; alioquin non est jus de rebus saceris, sed jus à Deo profectum. Nec admodum concinna videtur illa *divinitia*, immo nec necessaria quidem, cum jus saceris sine dubio sit pars nobilissima juris publici. *Hein.*

1. Publicum jus est] Juris publici nomen non uno modo accipitur. Id ne quom turbet, sciendum est jus publicum sæpe dici non à materia & fine ut hoc loco, sed à forma aut causa efficiente: non quod utilitate publicum est, sed auctoritate. Ita accipitur in l. 8. de tutel. l. ex sententia 29. de test. tut. multique aliis in locis. Item apud Terent. in *Phorm. 11. 65.* *Anne id quidem adipiscar ego, quod jus publicum est?* In l. quod 15. §. 1. ad leg. Falc. dicitur retentio Falcidia jure publico competere, in l. damni 18. §. 1. de dam. inf. usucapio

DE JUSTITIA ET JURE.

pio jure publico contingere, hoc est eo jure quod publice sive publice auctoritate constitutum est. Eodem sensu & testamenti factio juris publici esse dicitur l. 3. qui testam. fac. nimirum quia à lege est, seu publica legis auctoritate concessa. l. 1. pr. vers. secundo ad leg. Falc. l. verbis legit 120. de verb. sign. Atque hæc omnia ad differentiam ejus juris quod cuique privatim acquiritur ex conventionibus, quippe quæ parem cum legibus auctoritatem non habent; quod Papinianus sic expressit l. ult. de suis & legit. *Privatorum cautiones legum auctoritate non cententur.* Et quod passim legitimus, *Jus publicum privatorum pactis mutari aut infringi non posse, l. Jus publicum 38. de pact. l. Neratius 20. de relig.* nihil aliud significat, quam ex eo jure aut forma ejus juris, quod quocumque de re publice constitutum est, privatorum pactioibus nihil posse immutari. *leg. nec ex Prætor. 27. de reg. jur. Interdum & jus publicum accipitur pro jure quod civium omnium ejusdem civitatis commune est.* Nam quod Papinian. in l. inter 51. S. pen. de fidejus. & Zeno in l. ult. C. de rest. in integ. commune appellant, id eodem sensu publicum appellant Ulpianus l. nihil consensui 16. §. 1. de reg. jur. Itemque Imp. l. 2. C. ne ux. pro mar. ad distinctionem, ut videtur, juris singularis sive privilegii, quod certarum dumtaxat personarum proprium est. Hoc autem loco ab objecto & fine id solum jus publicum dicitur, quod ad utilitatem publicam, hoc est totius populi universim & conjunctim pertinet, non item ad singulos, nisi secundario & per consequentiam. Nam quod publice utile est, id non potest non utile esse privatim; quemadmodum ex privatorum utilitate publicam quoque per consequentias æstimamus, veluti cum dicitur, *publice expedire supra hominum judicium exitum habere: interesse Reip. ne quis re sua male utatur*, aliaque id genus.

Rei Romana] id est *Reipub. Romana*, *Virg. 6. Æneid. v. 877.*

Hic Rem Romanam magno turbante tumultu

Sicret optet.

De Marcello loquitur. *Ennius:*

Moribus antiquis Res stat Romana, virisque.

Si vocem *Romana* detrahas, definitio erit generalis; sed hic objecta ad differentiam aliarum civitatum, quæ cum Romana collata privatorum loco erant. l. 15. & seq. de verb. sign. Vel potius quia Justiniano tantum propositum est jus Romanæ civitatis tractare, uti & Ulpiano, unde hæc sumta

sunt. Juris publici sunt quæ pertinent ad religionis cultusque divini curam; ad pacis bellicque ordinationem; ad fines & magnitudinem imperii; ad jus legum ferendarum, privilegiorum irrogandarum, tributorum imperandarum, monetarum cudendarum; ad excercenda judicia, delicta coercenda; Magistratusque creandos per quos hæc expediuntur.

Quod ad singulorum] Jus privatum in hæc divisione est, quod singulorum civium causa relictâ & principaliter comparatum est. Itaque & testamenti factio, & retentio Falcidia, & usucapio &c. hoc sensu sunt juris privati.

2. *Dicendum est de jure privato]* Juris publici tractatio difficilior atque sublimior; Justiniano visa est quam ut tyronibus proponi debeat; ideoque nec nos plura de eo dicemus. Ceterum ut illud obiter moneam quod locus postulare videtur: apparet ex hæc juris divisione, itemque ex definitione Jurisprudenticæ Antonium apud Ciceronem l. 1. de Orat. c. 48. non jurisconsultum, sed leguleium describere, *Qui legum & consuetudinibus ejus quæ privati in civitate utuntur & ad respondendum & ad agendum & ad cavendum peritus sit.* Præstantissimam scilicet hujus artis partem, juris publici scientiam, consulto præterit homo Jurisconsultorum glorie subinvenit, & inique de hæc scientia judicans. *Vinn.* Immo *leguleius* non videtur solius juris privati positus, sed qui legum tantum gnarus carum & rationem ignorat & applicationem: quemadmodum qui de sola applicatione & praxi, quam vocant, sollicitus nullam accuratorem juris noticiam præmittit, *rabula* vocari solet. Ita Cicero hæc vocabula accipit lib. 1. de Orat. cap. 46. & 55. *Hein.*

3. *Tripartitum est]* Divisio è causis efficientibus, id est auctoribus juris, natura, naturalis ratione, & civitate. Quamquam hic non tam dividitur jus civile, quam principia ejus & origo indicatur atque secernitur, ut verba, *collectum est ostendunt, & notat D. Wesenb.* Ceterum non est adeo absurdum ut multi existimant jus civile tanquam genus constituere, cujus species sint naturale, gentium, & civile in specie: dummodo jus civile, quatenus in ea distributione ut genus consideratur, accipitur pro eo jure quo quæque civitas in universum pitior & civile autem in specie pro eo quod Legislator à se constituit & positivum passim appellatur. Eodem namque sensu Philosophus 5. Eth. 7. dividit jus *πολιτικόν (politicum)* in *φυσικόν, καὶ κτιστικόν (naturale & legale seu positivum)* Jus enim nature sive gentium

tium communis omnium populorum fons est, unde hauriunt singuli, quod ad suae civitatis mores accommodent, quamvis id non uno omnes modo faciant. Acque huc pertinet quod Cajus scribit in l. omnes populi 9. hoc tit. Omnes populos partim communi omnium hominum jure uti, partim proprio.

4. Notam Justinianum Rod. Agricola lib. 2. de invent. dial. quod dumtaxat jus privatum ex triplici illo jure collectum dicat, quasi hoc ipso negaret jus publicum ex iisdem præceptis collectum esse. Sed hoc minime sequitur. Nam satis Justiniano visum est causam & originem indicare ejus juris de quo dicturus erat nimirum privati, insuper habito an ex iisdem præceptis etiam originem traheret jus publicum. Sed nec recte dixerit naturam sive jus naturalem, ut id in specie accipitur Justinian. & Ulpianus pro jure cum brutis communi, causam esse juris publici; quod & Biro recte observavit. Nec tamen assentiendum Mysingero qui cum Alciato l. pareg. 31. contendit jus publicum tantum esse ex præceptis civilibus. Nam præterquam quod manifestum est religionem erga Deum l. 2. hoc tit. & imperia Magistratum, per ea quæ Aristot. l. polit. 2. esse ex jure gentium: constat ipsos Romanos sacra ceremoniasque suas acque omnia fere quæ ad Magistratus aliaque jura publica pertinent à legis Italicæ populis ac præsertim Hetrurise accepisse. De communi notitia Deo locus est omni exceptione major apud Paulum ad Rom. c. 1. Sunt & apud Ciceronem l. Luc. c. 16. & 2. de nat. deor. c. 2. & 15.

5. Ex naturalibus præceptis aut gentium, aut civilibus: De numero generum juris dissensisse Veteres videri possunt. Nam Ulpianus in l. 1. §. 2. hoc tit. quem hic sequitur Justinianus, tria genera ponit naturalem, gentium, & civilem; Cajus in l. omnes populi 9. eod. duo tantum commune, & proprium. Neque Philosophi plura genera agnoscunt quam naturalem & positivum. Sed tantum in tractandi modo, non in dissensio est: revera enim duo tantum

sunt summa juris genera naturalem, & civilem, seu positivum; sed in hac bimembri divisione primum genus duas priores species tripartite illius complectitur, in quas etiam deinde subdividi potest. Ulpianus enim brevitatis causa species unius generis cum altero genere unica divisione complexus est; quod et familiare esse divisione communi est; quod et familiare esse divisione communi est; quod et familiare esse divisione communi est; quod et familiare esse divisione communi est.

6. Observandum autem est, non omnes qui jus dividant in naturalem & positivum hæc species eodem sensu opponere. Nam sunt qui appellatione juris naturalis intelligunt quidem, tum jus quod hominibus cum brutis commune est, tum etiam jus gentium quod primæ vulgo appellant; sed jus gentium secundarium speciem fictitum juris positivi, sicut & civilis; idque rationi magis consentaneum putant Wesemb. par. hoc tit. num. 15. Greg. Lopez animadv. c. 3. Alii vero appellatione juris naturalis positivo oppositi complectuntur jus omne quod non est à potestate civili, nec tantum jus gentium primævum sed etiam secundarium: quod & Veteres interdum faciunt, ut videre est in l. 1. de acq. rer. dom. §. singularium, infra de rer. div. Sed sæpius tamen & hi jus naturalem ex adverso juri gentium secundario opponunt: ut in §. 2. tit. proxime seq. inf. de libertin. in pr. l. 4. hoc tit.

7. In divisione proposita etiam primario opponitur; quæ tamen oppositio vix ullum usum habet ut demonstrabit tit. seq. Optima divisio erit si dicamus: Jus quoddam esse commune omnium gentium, aliud esse proprium cujusque civitatis. Quod commune est omnium gentium, partim nobis commune esse cum bestiis, partim proprium generis humani. Proprium generis humani, partim homini innatum, partim communi hominum consensu introductum.

TITULUS II.

DE JURE NATURALI, GENTIUM, ET CIVILI.

Summa eorum, quæ hic explicantur.

Hoc titulo species juris privati, in quas supra §. ult. præc. tit. divisum est, Imperator singularem persequitur & explicat. Quo peracto juris civilis Romano-

rum, quod solum suscepit, tractationem aggre ditur. Ac prin um illud dividit ex adjuncto in scriptum & non scriptum: scriptum deinde subdividit in suas species quas ordi-

dine item explicat. Postea jus civile à naturali distinguit, ratione diversi effectus. Ad extremum viam sternit ad rectam perceptionem juris constituit, proposita discretionem materiæ circa quam jus omne quo utimur versatur.

TEXTUS. De jure naturali.

Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Nam jus istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium que in celo que in terra que in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque femina conjunctio quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus enim cetera quoque animalia istius juris peritia ceneri.

L. 2. Tit. 1. Part. 1.

COMMENTARIUS.

1. Animalia bruta proprie juris capacia non esse, & num. 4.
2. Parentes alere quo jure liberi teneantur.
3. Defensionem adversus vim illatam esse juris naturæ, & quatenus ea permissa Remissive.

Animalia bruta tam certum est esse juris expertia, quam certum est esse ælixa, sive expertia rationis. Nam inter quos jus est, inter eos & ratio, & æquum & bonum, & justitia, & lex, & societas sit necesse est. Arist. 4. Eth. 10. In equis, in leonibus justitiam non dicimus, inquit Cicero lib. 1. de offic. Plutarchus in Catone Majore ait: Νομο και δικαιοπραξια ανθρωπων μινος χρονον περιφραζει, (natura inest nobis lege ac jure solum erga homin. uti) & alias etiam beatiudino caderet in bruta. Bene igitur D. Grot. 1. de jur. bell. & pac. c. 1. num. 11. Proprie juris capax non est nisi natura præceptis utens generalibus. Neque quisquam Philosophorum, quod sciam, aut Jurisconsultorum jus aliquod in bruta cadere tradidit præter unum Ulpianum ex cujus Institutionibus hæc descripsit Tribonianus, ut apparet ex l. 1. §. 3. de just. & jur. Quomodo ergo Ulpianum cum ceteris conciliamus? Simplicissima eorum sententia est qui per quamdam auxesin & figurate hæc à Jurisconsulto dici scribunt, propterea quod quæ hujus juris esse dicuntur ea etiam bruta faciunt, idque cum similitudine quadam sensus ac desiderii humani. Unde Aristoteles lib. 9. de hist. animal. c. 7. tales brutorum actus appellat μιμιτατα τας ανθρωπων

ζωων, vite brutarum imitamenta. Cicero 2. de finibus, virtutum simulacra. Nam ut in brutis apparent simulacra quædam rationis, ita etiam juris ut idem Cicero restatur, & plurius ostendit Plutarchus in libello, περὶ τῆς τῶν ζῴων φρονιμότητος (utra viceventium sapientiora) Platonis quoque doctrina est naturam rem unanquam perfectissimam facere voluisse, ac proinde in plantis sensus in brutis rationis in hominibus divinæ mentis vestigia expressisse. Neque aliud sensideri videri debet Plutarchus in libello cui titulus est, τὰ ἀλογα λογικῶν (irrationalia ratione uti quod alioqui non caretet contradictione. Eadem effectus est aliorum responsio qui ajunt jus naturale formaliter, id est quoad rationem, non nisi in hominem cadere; materialiter autem, hoc est quoad appetitum & instinctum naturæ etiam in bruta: nempe, ut hoc explicat Covarr. In c. peccatum, de reg. jur. in 6. par. 2. rel. §. 1. num. 4. & Ant. Fab. Jurispr. Popin. tit. 2. pr. 1. jus naturale dici, quod circa ea versatur que bruta solo instinctu & impetu naturæ faciunt, homines vero etiam cum ratione. Nam cum homo hæc facit rationem in consilium adhibet, quam veluti ducem lumecum sequitur; cum bestia in iisdem agendis sola vi naturæ & cæco impetu sine judicio ac ratione ducatur. Ad quem etiam modum disputat doctissimus Salmas. lib. de usur. cap. 9. coque pertinet quod scribit Seneca lib. 2. de ira, c. 16. animalibus pro ratione impetum, hominibus pro impetu rationem esse. VINN. Solum Ulpianum jus naturæ homini cum reliquis animalibus commune fingere putat Vinnius. Sed perperam. Fuit ea communis fere veterum Philosophorum doctrina. Jus naturæ exigere dicebant ut secundum naturam vivamus. Natura est vel communis, vel homini propria. Ex illa jus naturalem, ex hæc jus Gentium derivabant. Præclare eam in rem ex mente Stoicorum dis erit Cicero de finib. l. 4. c. 9. Eleganter quoque Euripides:

Communis hæc lex stirpis est mortalium
Trabens & ipsos in sui assensum Deos
Ferasque, amare quidquid est ex se statum.
Τὰ δ' ἄλλα χάρις χρονοῦ ἐνδύων νόμοισι
In rebus aliis jure (invicem) non utimur. HEIN.

Maris & femina conjunctio] Huc pertinet quod in Lælio scribit Tullius: Hæc apparet, inquit, in bestis, volucris, & agrestibus, natantibus; cicuribus; feris, primum ut se ipsa diligant; [id enim pariter cum omni animante nascitur] deinde ut requirant atque appetant ad quas se applicant ejusdem generis animatos; idque